

mam versus ortum reperitur faux fluvii delle Palme: inde civitas Aplacen, Anta & Jaguazinos, Avanarinos, Albar-dainos: denique insula Malado & alix: Inde venit ad fl. Panuco, ad quem regio Guastecan, quæ etiam Panuco aliis, sita est; cujus civitates, Panuco; & S. Jacobi, delli valli.

Non procul inde abest Himatao civitas, quam sequitur Capo Rosso, Almetia fl. villa Ricca emporium quondam nobile; nunc ad Veram crucem translatum.

MEXICUM.

HÆc provincia amœnissima, & civilissima civitas totius fere novi orbis est, sic dicta à sua Metropoli Mexico, quæ altissimis montibus circumcincta, duos comprehendit lacus vastissimos, in quibus, & ad quorum littora, ultra 50. civitates sitæ sunt: inter quas amplissima Tegenco est: Angeli, olim Vacipalum, unde haud longe abest mons Popocatepechi ignivomus.

Ab altero Mexici latere Tlascalan

G

civi-